



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 155. Nuptiæ Regis Poloniæ cum Sorore Ladislai Junioris

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

tatis, atque obsequii accepit, & pleraque  
 vectigalia, atque tributa, quibus se ni-  
 mium gravari conquerebantur Porussi,  
 remisit; Equitibus vero necessaria ad bel-  
 lum suppeditavit, eoquod Teutonico-  
 rum, & Poloniæ jam communis esset  
 causa, atque utilitatis ratio.

ſæcul. XV.  
 A.C. 1454.

§. CLV.

*Nuptiæ Regis Poloniæ cum Ladislai  
 Junioris Sorore.*

Cum Casimirus mense Februario præ-  
 sentis anni Elisabetham sororem La-  
 dislai Hungariæ & Bohemiæ Regis, du-  
 cere vellet, orta est controversia inter  
 Archiepiscopum Gnesnensem, & Sbi-  
 gneum Cardinalem de nuptiarum Bene-  
 dictione, quam jure sibi deberi Gnesnen-  
 sis contendebat, eoquod Primas Poloniæ  
 esset. Huic & alter jus suum oppone-  
 bat, quo tanquam Cardinalis, ejusdem-  
 que loci Episcopus gauderet. Joannes  
 Capistranus, qui jam anno superiore  
 Cracoviam venerat, litis arbiter rogatus  
 est, atque nuptialis hujus solemnitatis  
 honorem Cardinali, Archiepiscopo vero  
 novam Reginam inungendi, ac diade-  
 ma eidem imponendi prærogativam de-  
 tulit.

§. CLVI.